



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Archicancellariis Sacri Romani Imperii Ac Cancellariis Imperialis Avlae

Mallinckrodt, Bernhard von  
Monasteri[i] Westphaliae, 1640

Albertvs I Imp.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11835**

Datum apud Spiram, per manus Magistri Ebernandi Proto-  
notarij & Vice-Cancellarij curiæ nostræ. *Leheman. in Spir. Chron.*  
*lib. 5, cap. 20.* An. seq. 1294, Diploma Adolphi Bertollsgadensibus datum recog-  
noscens, sic subnotat: Datum Burnis, per manum Ebernandi re-  
galis aulæ Cancellarij, *Metrop. Salisb. tom. 2, pag. 183.*

## ALBERTVS I Imp.

**E**berardus de Lapide vir nobilis, in confirmatione Priuilegiorum *Eberardus*  
Spirensibus ab Alberto Austriaco, an. 1299 datâ, reliquorum testium nu- *de Lapide.*  
mero insertus est, cum elogio Cancellariatûs Imperialis aulæ. *Chron. Spir.*  
*lib. 7, cap. 2.*

Ioannes Thuricensis apud Heluetios Præpositus, circa annum *Ioannes*  
1303, apud Hundium se præsentat; apud quem Diploma Canonicis regulari- *Episcopus*  
bus in Berchtollsgaden concessum hac subscriptione finitur: Datum in *Aistetenfis*  
Viennâ per manum Gebevini Imperialis aulæ Notarij, ge- *& Argen-*  
rentis vices honorabilis viri Magistri Ioannis, Præpositi Ec- *tinensis.*  
clesiæ Thuricensis, eiusdem aulæ Cancellarij. Ortum habuit *Gebevini*  
è nobilium familia à Dierpheim in Heluetijs; sed extra thorum legitimum *Notari-*  
progenitus. Commendatione Alberti, qui prius præfecturam (ita Bruschius, *rius,*  
fortè Præposituram intelligit) Thuricensem contulerat, ab Aichstetensi  
Collegio Antistes lectus; ac euoluto biennij curriculo, Clementis V liberali-  
tate, Argentinensis Ecclesiæ Pastor factus est, vbi quatuor schismatici de Epi-  
scopio digladiabantur, omnes illustri loco nati. Fuisse scribitur excellens  
iuris Canonici scientiâ, & præpotens Regis Cancellarius.  
Præfuit Argentinensi Cathedræ maximâ laude, annis 21. obiit anno æræ  
Christi, 1328.

## HENRICVS septimus.

**H**enrici septimi Cancellarium aliquem necdum noui; legimus tamen  
apud Bruschiunt in *Spirensium Episcoporum Catal.* Sibothonem à *Sibotho*  
Lichtenberg, eius loci Præfulem, intimum Consiliarium illius *Episcopus*  
Principis fuisse. quod de Cancellario interpretari, nulla sit absurditas. Ac tan- *Spirensis,*  
tò minor ambigendi locus relinquitur, quòd dicat idem Auctor, in Regum  
cho